



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XIII. Vt non accipiatur eleemosina gentium in ecclesiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

XII.

Quicumque Christianus excommunicatus fuerit, nec eius eleemosyna recipiatur.

XIII.

Eleemosynam a gentibus offerendam, in ecclesiam recipi non licet.

XIV.

Christianus qui occiderit, aut fornicationem fecerit, aut more gentilium ad aruspicum meauerit, per singula crimina annum poenitentiae agat, impleto cum testibus veniat anno poenitentiae, & postea resoluetur a sacerdote.

XV.

Et qui furtum fecerit, dimidium poeniteat viginti diebus cum pane, & si fieri potest rapta repraesentet, sic in ecclesiam * reuertetur.

XVI.

Christianus qui crediderit esse lamia in speculo, quae interpretatur striga, anathematizandus, quicumque super animam famam istam imposuerit, nec ante in ecclesiam recipiendus, quam ut idem criminis quod fecit sua iterum voce * reuocet, & sic poenitentiam cum omni diligentia agat.

XVII.

Virgo quae vouerit Deo, permanet casta, & postea nupserit carnalem sponsum, excommunicationis sit, donec conuertatur: si conuersa fuerit, & dimiserit adulterium, poenitentiam agat, & postea non in vna domo, nec in vna villa habitent.

XVIII.

Si quis excommunicationis fuerit, nec nocte Pa-